



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Tevtobvrgi, Sive Dvysbvrgi In Clivia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

ALIVD.

PER IANVM QVAESTOREM VVIN.
DECANVM.

Tiator heus quamvis citus pertranscas,
 Hoc te tamen saxum rogat, digneris ut
 legere, quod scriptum est. In isto condita
 iacent sepulchro, CLIVIAE magni DVCIS
 GVLIELMI; dic aneto HEROICVM
 Corpus, ANIMAE dic, in polis congaudeas
 CHRISTO redemptori tuo, tunc perfice
 illa: hoc volebam nescius ne esses: Vale.

TEVTOBVRGI,

SIVE
DVYSBVRGI IN CLIVIA.

D. O. M. S.

GERARDO MERCATORI Flandro Rupel-
mundano, Iuliacensium Prouincia oriundo,
Domestico CAROLI V.

Rom. Imp.

Et GVLIELMI P. ac IOANNIS GVLIELMI
F. Iuliacensium, Cliuensum, &c. Ducum

Cosmographo.

Mathematicorum sui temporis facilè Principi:
 qui globis artificiosis radio dimensis, cælum ac
 terram interiùs & exteriùs, qua licuit, de-
 monstrauit. à varia doctrina

laudato.

Virtute, quod caput est, & integritate vice, & om-
 ni morum comitate claro, hæredes Patri B. Mereti
 dolentes, & eruditorum studiofa cohors amico P.

Ff

Editus

Editus in lucem fuit 111. Nonas Martii,

H. vi. A. M. oo. D. XII.

Excessit è viuis 1v. Non. Decembr.

H. xi. A. M. oo. D. XCIV.



B E L G I C A, A N T V E R P I E N S I A.

I N A N T V E R P I A M I V L. C A E S.
S C A L I G E R.

Oppida quo spectant oculo metorua sinistra;
Tot nos inuidia pallida tela petunt:
Lugdunum omnigenum est: operosa Lutetia: Roma
Ingens: res Venetum vasta: Tolosa potens.
Omnimodæ merces, artes præcæq; nouæq;
Quorum insunt atij singula, cuncta mihi.

I N E A N D E M.

M A X A E M I L I A N V S V R I N T I V S S.P.Q.
Gand. à secretis.

Regia Mercurij, sortis domus, area Martis
Merce vigens, opibus turgida, ciue potens.
Legibus aqua superba foro, admiranda penate,
Turre stupenda sacrâ, mole timenda sua.
Meta hosti, vindex LIRAE, caso inclita Gallo,
Apta solo, cœlo grata, benigna solo.
Orbis miraculum, fame stupor, vnicâ Phœnix,
Vix præsente oculo, vix capienda fide.
Nescio quam dicam, minor est vox omnis, at ipsa
Se validè A N T V E R P A M dicere sola potest.

I N